Entstehungsort unbestimmt (Tirol?), 3. Viertel 15. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35041
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



qui passi iniuriam sint / aut pati se putant. semper enim
oportunitatem expectant. qui etiam iniuria intulerunt.
si uires habeant terribiles timentes ne contra referatur.
quod terribile ac timendum esse suppositum erat. et qui de eis-
dem certant / cum utrisque simul eadem esse non possint. ¶ Ui
enim semper pugnant. et quia maioribus timentur. ¶ eaa
a minoribus / cum possint maioribus magis quam minoribus obesse. et
quos maiores timent. et qui minores interimunt. et q
minores quam ipsi sint aggrediuntur eadem de causa. nam aut
iam terribiles / aut cum creuerint. ¶ Preterea ex affectis
iniuria et inimicis ac aduersariis. non qui acute ire
sunt atque minantes / sed tranquilli / dissimulatores / uersuti
latent eum qui prope. ¶ Quare nullus timendi quoniam
longe. tanta uero que timore inferre possunt / terribiliora
sunt / si cum crescere / non possit corrigere. uerum aut omnino impo-
ssibilis sit correctio / aut non insipiens / sed inaduersarius. ¶ Item
ea in quibus auxilia non sunt / aut non facile sunt. ac ut sim
plicius dicam / terribilia timenda quam sunt / que cum in alios fiant
aut in minentur / miserabilia sunt. ¶ Terribilia igitur et que
timemus / hec fere maxima sunt. ¶ quomodo uero affecti tim
emus / nunc dicamus. ¶ Si ergo timor est cum expectatione corru
ptiue passionis / nemi manifestum est nemine timere / cum
arbitretur nihil econtra se passuro / nec eos a quibus non pu
tat / nec tunc quando non putat. ¶ Quare necessarium eos
timere / qui se aliquid passuros arbitrentur / et ab his / et
hic / et tunc. non putant ante quisque posse pati / nec qui
ampla in fortuna sint / qui idcirco contumeliatores / con
temptores ac audaces / sunt. ¶ Tales uero efficiunt diuitie
uires / potencia / amicorum multitudo. ¶ nec qui iam perpessos
omnia se grauia putant / quorum spes extincta / ueluti qui
iam in supplicio sint. ¶ sed opus est salutis sub esse spem / p
quo perhorrescunt. ¶ cuius signum / quod timor ad consulendum
inducit / nemo enim de re consulit / de qua nulla spes apparet

Ca. quitu d timore et eius contrario 2